



**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè  
peragendi, & per ea salutem & perfectionem propriam, ac  
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

De operibus solidæque devotionis exercitiis, quæ vel quotidie non  
peraguntur, ves fusiore indigent explicatione, quomodo cum majori fructu  
peragi possint

**Limpens, Ferdinand**

**Coloniæ Agrippinæ, 1744**

Possunt etiam decerpi ex Missali (quias, ut sæpè dico, magna est fiducia  
ponenda in communibus toti Ecclesiæ precibus) Collectæ variæ, v.g.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54780](#)

Solide devotionis exercitia. 61

Sublimis sanctum providum - Amore gratis pro-  
seguar.

Te Christe te Fili Dei - Te Virgo, proles virginis  
Mansuetate, fortis, innocens - Dignate pro nobis mori  
Gratis merentem diligam;

Oratio alia S. Xaverii.

A Terne rerum omnium effector Deus, me-  
mento abs te animas infidelium, hæreti-  
corum & peccatorum procreatás, easque ad  
imaginem & similitudinem tuam conditas. Ecce  
Domine in opprobrium tuum his ipsis infernus  
impletur. Memento JESUM Filium tuum pro  
illarum salute atrocissimam tubiissè necem. Noli  
quæso Domine ultra permettere; ut Filius tuus  
ab infidelibus contemnatur: sed precibus san-  
ctorum electorum tuorum, & Ecclesiæ sanctissi-  
mæ Sponsæ ejusdem Filii tui placatus, & obli-  
tus idolatriæ, obstinatæ hæresis, & deterri-  
mæ ingratitudinis eorum effice; ut & ipsi ali-  
quando agnoscant, timeant, ament ac revereant-  
tur, quem misisti D. N. JESUM Christum, in  
quo est salus, vita & resurrectio nostra, per  
quem salvati & liberati sumus: cui sit gloria per  
infinita sæcula sæculorum, Amen.

Possunt etiam decerpī ex Missali (quia s' ut s' p' dico, magna est fiducia ponenda in communibus  
toti Ecclesiæ precibus) Collectæ variae, v.g.

O Mnipotens sempiterne Deus, qui vivorum  
dominaris simul & mortuorum, omnium  
que misereris, quos tuos fide & opere futuros  
esse prænoscis. Te supplices exoramus, ut pro  
qui-

quibus preces effundere decrevimus, quosque vel praesens saeculum adhuc in carne retinet, vel futurum jani exutos corpore suscepit, intercedentibus omnibus Sanctis tuis, pietatis tuae clementia, omnium delictorum suorum veniam consequantur. Per Dominum, &c.

**P**urifcent nos quæsumus omnipotens & misericors Deus Sacra menta, quæ sumpsimus, & intercedentibus omnibus Sanctis tuis praesta, ut hoc tuum Sacramentum non sit nobis reatus ad poenam, sed intercessio salutaris ad veniam, sit ablutio scelerum, sit fortitudo fragilium, sit contra omnia mendi pericula firmamentum, sit vivorum atque mortuorum fidelium remissio omnium delictorum. Per Dominum, &c.

*Pro omni gradu Ecclesie.*

**O**mnipotens semperne Deus, cuius spiritu totum corpus Ecclesiae sanctificatur & regitur. Exaudi nos propitius pro universis ordinibus supplicantes; ut gratia tuæ munere ab omnibus tibi gradibus fideliter serviatur. Per Dominum, &c.

*Pro congregatione & familia.*

**D**efende quæsumus Domine, beatâ Mariâ semper Virgine intercedente istam ab omni adversitate familiam, & toto tibi corde prostratum ab hostiis propitius tuere clementer insidiis. Per Dominum, &c.

*Pro quaunque necessitate.*

**S**umpsimus Domine sacri dona mysterii humiliiter deprecantes, ut quæ in tui commi-  
nera-